



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Valerii Andreae Desselii Erotemata Ivis Canonici**

**Andreas, Valerius**

**Francofurti & Lipsiae, 1720**

XL. De his, quæ vi metusve caussa fiunt.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63277](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-63277)

1. In quo ergo Syndicus differt a Procuratore?

Qvod procurator sit persona privata, & quod constituatur a domino ac privato; Syndicus vero sit persona publica auctoritatem habens agendi vel defendendi causas in judicio ab universitate, collegio vel corpore aliquo.

2. Quis constitui Syndicus potest?

Syndicus constitui potest sive sit de c. Petilio collegio, sive extraneus. Suadent tandem men sacri Canones religiosis, ut consti-procurat-tuto stipendio Syndicum extraneum eli-gant, qui caussas monasterii sui agat: cum expadiat, servos Dei etiam cum ali-quo suo incommodo a strepitu forensi c.un.hoc i-abstinere.

De his, quæ vi metusve caussa fiunt.

TIT. XL.

Restitutio in integrum merito inter ea re-putatur, quibus vel ante litem illos, qui nos impetunt, repellere a limine ju-dicii possumus, vel faltem quibus caussæ nostræ fundamentum stabilire licet, de qua Tit. hic specialis est.

G 2

1. Quid

## 1. Quid est Vis &amp; Metus?

**V**im definiunt majoris rei impetu  
qui repelli non potest. Merum  
*l. i. & 2. 3.* ro mentis trepidationem, ob instantia  
*seq. D.* De futurum periculum. Recte sic,  
eo quod quamvis subinde unum pro altero a  
met. caus. piatur; Vis tamen proprie intelligi  
quando externum agens necessitatem  
luntati contrariam alicui invito in  
*c. 5. hoc tit.* nit. Metus autem, quando vel vis  
aliud malum quidem concurrit, si  
men ab ipsa voluntate, quamvis ex  
exurgit actio.

## 2. Quotuplex est Metus?

Metus est vel levis, seu nullum  
menti & timor vanus, cuius nulla  
satio est; vel justus & probabilis,  
*IVani* citur cadere in constantem virum  
*184. De D.* scilicet illatus cogeret etiam que  
*R. I.* virum prudentem & constantem,  
re potius quod electum est, quam  
vius quid, quod intentabatur, in  
*c. Sicut 17.* re; ut si quis in periculo naufragii  
*inf. de reg.* stitutus, vel aliter metu mortis  
*& c. 2. b. t.* emittat, ne vitam perdat, aut totum  
trimonium, quod est sanguis & se  
vita.

3. Qui ergo ex causa metus restitui po  
runt?

Non quidem qui mera vi coguntur;  
quia tales non agunt, sed patiuntur, ut  
restitutione non egeant: sed qui justo  
motu coacti promiserint aliquid, fecerint-  
ve, quod erat viri prudentis, e duobus  
malis eligendo minus, digni erunt resti-  
tutione.

d.c.5.b.t.

c.1.2.¶ 4.

hoc tit.

4. Quod si quis justo metu aliquid promiserit  
& juraverit?

Eo casu non fore locum restitutioni,  
verum servandum esse id, quod jura-  
tum est, modo non vergat in dispendi-  
um salutis æternæ, sacrorum Canonum  
statuit auctoritas. Non obstante deci-  
sione juris civilis, annullantis tale jura-  
mentum: quia prævalet hic jus Cano-  
nicum, quod vult etiam metu extortum Sacra-  
jusjurandum servari, modo id fiat detri-  
mento animæ jurantis.

c.3. ¶ 6.

b.t. Auth.

menta

pub. C. Si

advers.

vendit. c.

8. ¶ 28.

De jurej.

De restitutione in integrum.

TIT. XLI.

tit. hic est quidem generalis, specialiter  
tamen in eo agitur de restitutione mi-  
norum, & quæ jure minorum gaudet,  
Ecclesiæ.

I. Quid est in integrum restitutio?

IN integrum restitutio nihil est aliud  
quam remedium quoddam extraordi-

G.3

narium,